

D Y N I
M V X E L L A N I
I. V. D. CELEBERRIMI
C O M M E N T A R I I,

In regulas Iuris Pontificij.

Cum additionibus Nicolai Boerij, Regij in Senatu Burdegalensi Consiliarij
& Praesidis, aliorumque doctissimorum Iurisconsultorum:

Nunc demum iuxta Indicem Correctorium consilij
sacræ Inquisitionis expurgati, multisque parum piis
superfluisque expunctis emaculati.

Cum Indice rerum & verborum locupletissimo.



L V G D V N I,
Sumptibus Horatij Cardon.

M. D C X I I.

DYNI M V X ELLANI
 I. V. DOCTORIS, IN RE-
 GVLAS IVRIS PONTIFICII
 PRO OE MIVM.
 * *

In proœmium. Argumenta.

- 1 Bonifacius Papa VII. quibus epithetis ab ipso Dy-
no insignites.
- 2 Regula dicitur, que rem, que est, breviter enarrare
invenit. & n. 12.
- 3 Occupanti qua res concedantur. (debet.)
- 4 Regula est generalis esse, est omnia comprehendere
- 5 Verba indefinita universalibus aliquando equipollent.
- 6 Marmore legato venit ruditis materia.
- 7 Indefinita quando universalis non equipollat.
- 8 Indefinita negatiæ prolatæ, universalis negativa
equipollent.
- 9 Regula an quando sit iuris constitutiva.
- 10 Ius an procedat regulam, an verò contraria.
- 11 Regula officium quod sit. & n. 15.
- 13 Exceptio an quando de regula esse dicatur. (metur.)
- 14 Species, que de genere accipitur, sub genere non conti-
nentur.
- 16 Exceptiones regulam impedire quando verum.
- 17 Specia latia generalibus inesse, qualiter intelligendum.

RAEMISSIS casibus singularibus,
 & eorum determinatione in praecedentibus titulis singulatiter intellege-
 ta, quia non est nouum, ut quod
 sparsim propositum est, ad regulam
 reducatur, quæ compendiosa nar-
 ratione omnia diffusè tradita comprehendat. ff. co.
 l. j. & ff. ad legem Aquil. l. si seruus seruum. §. inquit
 b. lex. Ideò dominus noster summus Pontifex, Boni-
 facius † Papa VIII. lux mundi, regula morū, Ecclesiæ
 doctor, patriæ honor, & Iuris illuminator, post præ-
 cedentes tractatus, posuit titulum de regalis iuris,

in quo

a Proœmium
 est consideran-
 dum tanquam
 causa finalis.
 notat. Bald. in
 l. vt liberis. C.
 de col. & in
 l fin. j ff. de he-
 redit. instrut.
 vbi dicit illum
 text. de iure
 meliori ad
 hoc quod præ-
 fationes, &
 proœmia prob-
 ant causam
 finalem. Nam
 ex verbis pro-
 œmi collig-
 at mens dis-
 ponentis. ita
 dicit per illum
 text. Panor. in
 cap. aduersus
 de immunit.
 Eccles. & Batt
 in l. ambitio-
 sa. ff. de de-
 cre. ab ordin-
 fa. Bartol. &
 Bald. in l. re-
 gula. cum ibi
 apost. si. de
 iuris & fact.
 igno.

b Adde, quod
 in legibus tra-
 dentibus regu-
 lam nihil su-
 perfluum esse
 debet. Bald. in
 leg. Gallus. §.
 j in iij. oppos.
 ff. de libr. &
 posthuin. per
 text. in d. l. j.
 ff. de reg. iur.
 lic. alleg.